



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola
Prodigi Euangelici**

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigii Evangelici Reditv
Ad Patrem

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1615

XX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55940)

CONCIO XX.

Grecæ.

Vulgata.

Syriaca.

8. Ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ ἐπιθήσω
 8. Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei.
 8. Surgam, proficiſcar ad Patrem meum, & dicam ei.

ARGUMENTVM.

- Dicemus
 hodie { 1. Quod Prodigus noster propter intercessores
 ipsos, bono iure eis noluerit uti.
 2. Quod propter personam propriam, quæ
 nus uteretur, iustas habuit causas.
 3. Quod benefecerit non vrendo, sed per
 vndo propter respectum patris.

AVE.

I.

Quod Prodigus noster propter intercessores ipsos, bono
 iure eis noluerit uti.



QVANTO magis factum infelicis Pro-
 digi cribro, tanto plus pollinis tenu-
 nio. Quanto magis ad lapidem lydium
 examino, tanto magis consilium eius
 proba, ut ipse sine præiis litteris, re-
 cta vadat ad patrem, non aduocatis intercessoribus
 seruis, non cognatis, non amicis. Imo vero, dile-
 ctissimi, multo sic egit melius, adeste si placet, intelli-
 gite rationes. Rationes ipsi fuerunt varie, aliæ ex parte
 intercessorum, aliæ ex parte sua, aliæ ex parte pa-
 tris. Agamus primo de iis quæ ex parte intercessorum.
 Prima fuit magna, nec male fundata, diffidentia: ni-
 hil credebat fratri, seruis; non tam ab illis speras au-
 xilium ad purgandam causam satis malam, quam o-
 mnem industriam ad auertendum à benignitate pa-
 trem, ne vnquam in gratiam & ædes ipsum reciperet.

si ipse quam maxime redire vellet. Ingeffissent pa-
 plurima, quæ nunquam alias sciuisset, exaggeras-
 ent vera, pinxissent falsa, calumniis, coloribus, facta
 infecta imposuissent omnia. Atq; hæc ob oculos pro-
 posuissent patri, ne potius feretrum, quam senectutis
 baculum sub rectum reciperet.

Fratris ingratis satis certa, satis evidens: qui etiam
 post factam transactionem exultantibus in reditu o-
 mibus, indignatus est gloriæ ac triumpho fratris, ac
 cum pater ipsum lenire studeat, fratris sui spurcicias
 ipsi intrinsece exedendas: dicens admodum odiose, *Post-*
quam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum
meretricibus, venit, &c. Vbi singula fere verba acu-
 leum, fel, & venenum habent.

Notate verba singula, quam belle coagmentata
 sint. *Hic*, dicit monstrans digito; forte etiam infami,
 (norant docti quam & cur hoc probrosum) non di-
 gnatus ipsum suo nomine quod in circumcissione ac-
 ceperat, Iohannis, Petri, Pauli, &c. nec fratris. *Velut*
etiam hic publicanus. Et filius tuus etiam tuum corcu-
 lum, tuæ delitiæ, tui oculi, quasi solum ipsum curasset
 pater, reliquis neglectis ut spuris, & hoc secundum. *Qui*
deuorauit, quasi lupus omnia; *deuorauit* dicit, non po-
 tuit odiosius. *Patrimonio non comesto sed deuorato*, dicit
 Cicero de Sallustio, & hoc tertium.

*Cic. Orat.
 respons. in
 Salust.*

Substantiã suam, Græca plus energie habent. *Que*
 dicunt *substantiam tuam*, vnde Arias Montanus, & E-
 rasimus, bene vertit aliena tanquam sua: iam tuis re-
 bus dominans, quasi *patre nondum mortuo, pro herede*
gessit omnia, & hoc quartum. Græcus etiã & Arias ex-
 primunt amplius: *ὅτι τὸν βίον, tuam vitam*, i. vnde tibi cõ-
 mode in senectute viuendum erat; quo vitam tuam nõ
 parum imminuit, & hoc quintum.

Vitam tuam, i. quod tanto sudore peperisti, tanta fa-
 tigatione & vite incommodis, & hoc sextum. Insuper
cum meretricibus, non cum lepidis bellisque; hominibus nõ
 cum honestis matronis, sed cum prostitutis, & hoc septi-
 mum. *cum meretricibus*, cum obsoletarum grege, cum
 integro talium agmine, nõ vna contentus, & hoc octauum.

Ah

Ah quantum potest inuidia, dum dura sicut inferna
emulatio!

Quomodo igitur tali fideret fratri, quem forte
pe inimicum expertus erat, & fecerat, iritans
domi, quem stimulabat auaritia? *Quid non moribus
pectora cogit auri sacra fames?* Habendi cupiditas
tas seminavit inter fratres discordias.

Fraterno primum maduerunt sanguine moxi.

Tali aqua cœmentum primorum mœnium tem-
peratum est. Romulus enim vt solus exiguo & nascē-
te adhuc potiretur Imperio, fratrem occidit, nescio
quo prætextu transgressi valli. Sibi quisque promi-
mus.

*Virg. lib. 3. Terent. in Andria Act. 2. Scen. 4.] Verum illud vo-
bum est, vulgo quod dici solet: omnes sibi melius molle
quam alteri.*

Lucan. Pharf.

O quam paucos inueniemus cognatos, & fratres
qui dicerent cum Cicerone.

*Cicero Orat. in Sallust.] Mea res familiaris multa
mibi minor, quam habere dignus sum. Atque vrinam ne
tanta quidem esset, quanta est, vt potius amici mei vi-
rent, quam ego testamentis illorum locupletior essem.*

Certe rariores sunt illi clauis aureis per viam Spar-
fis, aut pleniluniis.

Paucos inuenias fratres similes Cleomeni Lacedæ-
monio, qui fratri suo communicauit regnum: paucos
inuenies ita religiosos, vt Dagobertus Rex Franciæ,
qui fratrem Aripertum in societate regni assumpserat,
concedens ipsi Aquitaniam. Pauciores etiam similes
Polluci, filio Ledæ: quem aiunt ita amasse Castorem
fratrem suum, vt cum ipse immortalis esset, immor-
talitatem cum fratre diuideret, vt alternatim scilicet
viuerent ac morerentur.

Virg. 6. Æneid.

Fratrem Pollux alterna morte redemit.

Contra vero vbique inuenias Etheocles & Polini-
ces, qui mutuis pro regno conciderunt vulneribus:
Cainos inuenies, æmulos fraternæ & Abelis gratiæ
& Esauos vsque ad mortem fratribus suis paternam
bene.

mediationem inuidetes. Fratres similes filiis Iacob, Iosephum natu minimum, *videntes quod à patre* *Genes. 37.*
cunctis filiis amaretur, oderant, nec quicquam pote-
rat ei pacifice loqui.

Atque verum est illud Poetæ, *fratrum quoque gratia* *Ouid. lib. 1.*
non est. Quantum apparet, talis fuit frater Prodigii, *Metam.*
 amans parum, diuitias nimium, sperans hæ-
 reditatem ex asse, quam non consequeretur reducto
 in donum & gratiam fratre. *Arma ut gemina face ho-*
mine unia cupidus; auaritia, ut rapiat aurum, impietate
non videat germanum.

Dici posset de ipso ut quondam S. Leo de Tyranno *D. Leo serm.*
 verbat Decio. *in natali S.*

Impatiens consortis erat.

Rebus itaque sic constitutis, hinc quidem fratris *Lib. 1. pharf.*
 inimicitias, inde insatiabili auaritia, quis adeo stoli-
 dus ut suadeat Prodigio, talem quærere ad patrem
 mediatorem: hoc demum fuisset ouem lupo committe-
 re, conuocare auxilia, & aquam & ignem accen-
 dere.

Sed cur non adhibuit aliquem ex seruis, qui plus-
 culum valebat gratia? habuit proculdubio cur & illis
 discederet: vitam forte antea satis infocalem, cædens
 inuim, vulnerans alterum: aliis comminans, alios
 accusans, forte sæpe in causa fuit cur miseri serui fie-
 rent vlmei, cur plecterentur, conicerentur in com-
 pedes, in carcerem eiicerentur, &c. *Pone crucem seruo* *Iuuenal.*
 frequens ipsi erat in ore; non magis tractabilis quam
 quis aut virga spinea: quidni? Cum ita patrem graua-
 re senem, & mansuetum, forte eum iam subuereri
 incipiebant, ne cerebrosus & ferreus ipsos ad necem
 rigeret, ac domini sui dies breuiaret: timeat multos
 nem multi timent; nam *quem quisque odit perisse ex-*
istit.

Ad C. Cæsarem de Rep. ordinanda apud Sallust.]
in arbitror quemquam multis metuendum esse quin ad
rem ex multis formido redeat.

Senec.

Timet timentes, metus in auctorem redit.

Multis

Multis terribilis, cauet multos.

Quid.

Multa miser timeo, quia feci multa proterue.

Sallust. de bello Iugurth.] *Ex mala conscientia dignum timere.*

Genes.] *Manus Ismahelis contra omnes, & manus inanium contra eum.*

Macrobi. lib. 1. Satur. c. 11.] *Non potest amor cum timore misceri.*

Quomodo igitur pro ipso intercederet (erat restitacis ollis cum cacabo nulla societatis. Timet impetitiones, quas antea senserant. Timebant eum ut eos

Cicer. lib. 2. Offic. quem metuunt oderunt, quem quisque odit perisse expectat.

lupum, columbae accipitre n, ut fulme. Quorsum cerent, reuo cabinus turbidum istud caput, quid periclitari volumus nostram pacem? si ipse reuertitur, gratitudine ac duritie eius expellimur. Quis ista bene se moue, dicunt Itali: seruat locum sapiens quo se habet comodo. Ipsumne iuuenimus, pro ipso intercedamus, ipsumne conciliemus patri? absit haec stulticia, facis tentare quidlibet, & hic si non satis se uirum intelligat, dicebat alter alteri. Utinam discerpendus daretur nostris

Terent. in And. Iohan. 31.

dentibus? Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius ut saturemur.

Psal 40.] *Qui edebat panes meos, magnificauit supplantationem.*

Citius ad fratrem eius ibimus sollicitatum ut reditum eius auertat.

Nec adeo infusus Prodigus ut non suboleret illi aliquid tale. Conscientia agit, nec sinit bene sperare, nisi innocentem: suus cuique animus ex conscientia sperare prabet. Scribit quidam Iulio Caesari. Pub. in nullis

Apud Sallust. Orat. ad C. Caesarem de Rep. ordinanda.

sperare bonum nisi innocens nemo solet. Et beneficium qui dare nescit, iniuste petit. Adire igitur seruos, & illis committere negotia, esset oua gallo supponere. Bene igitur abstinuit ab illis, & recta se contulit ad patrem.

Virg. 2. Aeneid.

Cui neque apud Danaos usquam locus, in super ipsi Dardanida infensi poenas, cum sanguine possunt. Sed poenam nec fratrem, nec seruos, ipsi adeo ut in.

fringimus inensos, ac ipsis amicis charum.
 Nihilominus dico non sine ratione potius iuit ad
 artem, quam ipsorum implorauit auxilium, propter
 perfidiam quæ frequens est inter aulicos, Agentes,
 procuratores, in peruentores suos ut illos S. Augu-
 stinus appellat: non semper agunt bona fide media-
 tores quod ipsis conceditur: sunt qui utraque ac-
 cipiant manu. Sæpe qui magnum in nos fauorem
 præferunt, & negotia promouere respondent, ni-
 hiloptant nisi ut omnia cant pessum: *fronti nulla fides,*
 & vultu difficile hominem nosse, nisi momi fene-
 stellam in pectore habeat, & spectantes oculos
 ad cor admittat: nec Dij sumus, ut arcana om-
 nia & abyssum humani cordis perscrutemur, vbi
 plures amphractus sunt, flexus, & reflexus, quam
 in quatuor simul Plinij labyrinthis. Hic montes
 promittit aureos, auxilia omnia, nec ferreos præsti-
 turus, nec digitum moturus, nec pedem. Quare nihil
 melius quam sua per se curare. Qui dat procurationē
 suo equo, sæpe ipse sequi debet pedes: si oculus do-
 mini saginat equum, præsentia supplicis accelerat
 negotia.

Bene etiam dixisse mihi videtur, *surgam, & ibo ad
 patrem, & dicam ei, &c.* Non aduocato intercesso-
 re vilo, propter potentiam aut fratris, aut seruo-
 rum, aut amicorum, aut omnium. Agentes enim
 quidam, etsi homines, quorum res tractant, satis
 diligant, ac bona fide procedant, timent tamen
 nonnunquam incidere in odium illorum, ad quos
 missi sunt: quia nimirum illi quorum causam agunt,
 nimio flagrant odio; & accideret nonnunquam ut
 oportune importune bona tamen fide agentes, om-
 nem inimicitia tempestatem in caput iuum accer-
 erent, quasi faueant illis pro quibus intercedunt:
 atque hoc sæpe torporem & teporem adfert agenti-
 bus. Nōne quidam dicunt? Nunquam mihi erit ami-
 cus, qui pro hoc aut illo me adierit. Dauid antequam
 esset Rex, adeo erat inuisus Sauli, ut si quis alius præ-
 ter Ionathā de illo locutus fuisset bona, demonstrans
 suspicio-

D. August.
 de consensu
 Euang. cap.
 20.

Juuenal.

Ioan. 9.

suspicionem de illo esse iniquam, seruitium fidele, nihil peccasse eum qui cum periculo capitis Goliath strauisset, qui tam bene de regno esset meritus, tam probe expletis officiis, proculdubio non minus quam Ionathas incurrisset inuidiam, nec ideo fuisse in meliori loco Dauid. Christus Iesus suo tempore tam fastidiosus Iudæis; maxime Phariseis, ut cum de viis sabbathis cæco restituto inquirerent, parentes cæci iam videntis quod res esset, prosteri aui non fuerunt, sed relegarunt eos ad ipsum cæcum, quoniam timorati Iudæis: conspirauerant enim ut si quis ipsum conuideretur Christum, fieret extra synagogam. Filius etiam libere quod acciderat dicens variis impetebatur maledictis: *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt tu discipulus eius sis.* Cumque ipse medici sui Christi innocentiam regereret, appellarunt eum *in peccatis natum torum*, & eiectus est de synagoga. Historia est apud S. Iohannem. 9. capite. Quid? discipuli qui post mortem causam ipsius fouerunt, nonne lapidati sunt ut S. Stephanus, flagellati ut S. Paulus, decollati ut S. Iacobus, capti ut S. Petrus, omnes tractati pessime? Et vnde omnis illa in martyres effusa crudelitas, nisi quia pro Christo agebant, adeo ipsis inuiso, ut vel solum nomen bilè moueret? Cur Prophetæ, Elias, Esaias, S. Iohannes Baptista, tanta passi sunt? & cur nos concionatores aliquando tam male excipimur, nisi quia pro Deo, pro virtutibus agimus, quas peccatores oderunt? In nos faba caditur, & omne vitus in concionatorem euomitur, si verbum mutuerit.

Videte cur ignaui quidam muti sint in materis odiosis, in plausibilibus linguis loquentes Angelorum; nihil agentes, aut admodum parum pro Dei & Ecclesiæ causa, minus etiam pro conuersione peccatorum.

Quid in nos inquiunt, concitare volumus populum, principem: alia non desunt materia de quibus pulchre & sine periculo discurremus, transeant ista. Primo inquiunt, qui viuere vult, tacere debet, ac aliorum vitam omittere. *Audi, vide, tace, si vis viuere in pace,*

pacev̄t habet proverbiu[m] sumptu[m] ab Arsenio: at-
 ue ita in rebus seriis iocantur, rogantes vtrum non
 intelligamus gallicinium hoc, *qui viuere vult ta-*
ta.

Ah delicati martyres, qui nihil pro Christo, tanto
 amico sustinere volunt; nec vllum quidem pro amica
 veritate rumorem. Sed non agnosceret etiam illos co-
 ram patre: *qui me erubuerit coram hominibus, erubescam*
et eum coram patre meo: tantum pro tanto; hostimen-
 tum. Qui viuere igitur volet, tacere non debet, mo-
 riendum vt viuatur. Sæpe mediatores timuerunt vbi
 non erat timor, ac fingunt illos, quorum causas susci-
 piunt, magis quam reapse sint, exosos: aut illos apud
 quos acturi sunt, magis implicatos & difficiliore[s],
 quam sint reuera: & panico isto terrore, & falso metu,
 mouit Deus quomodo supplicum aliquando negotia
 gerantur. Prodigus itaque hæc omnia metuens, me-
 lius ipse sibi apud patrem factus est patronus.

*Panico
 terror Pro-
 uerb.*

Propter præensam etiam spem, quam quidam pro
 se aut suis habent, mediatores, negligentius aliquan-
 do credita procurant negotia; intelligentes enim
 gratiam suam apud Principes, & amicos non esse in-
 limitatam, & perpetuam, vt obtineant quidlibet, & li-
 beralitatem Principis & amicorum esse limitatam,
 vt nec velint, nec possint omnia concedere, prospici-
 unt etiam rebus suis, aut propinquioribus amicis,
 ne scilicet aliquando in maioribus causis, exhausta
 Principis gratia indigeant. Prudenter hoc quidem
 iuxta seculum, vt faciant sibi cisternam necessitatis
 gratiarum Principis, & emittentes quasi per tubam,
 & epistomia fauores, vt reliquus torrens impetu de
 libano ruens, aut montibus Italix, in se suosque co-
 riosus veniat, & ipsi pleno impetu fruantur. Non au-
 tentes vix huc deducere riuum & illuc, timentes ne
 diminutione ista, guttatim rarefcentibus fauoribus
 rescant. Parcunt in alios gratiæ Principum, vt ipsi
 prodigaliter inde viuant. Quid, inquiunt aperire adi-
 tum ad Principem alteri, est seipsum excludere. Ti-
 dent audire quod Esau ab Isaac, qui Iacobo benedi-

Genes. 27. xerat; *Venit germanus tuus & accepit benedictionem tuam.*

Dedi quæ habui danda; sic nonnulli operam suam promittunt ad obtinendam veniam, aut lucrum, & nihil agunt, aut ita segniter, ut magis reculare quam postulare putentur. Non instant ad primum contenti repulsam. *Petitis & non accipitis, eo quod non petatis.*

Iacob 4.

Et nonnunquam accidit ut Principes sua sponte ipsis dicant, cur pro te non loqueris, aut tibi propinquiori cur te non commendas? Nam hoc de ceteris ralem admouere intercessorem, in officio, aut beneficio, qui non loquitur nisi pro se, nec quicquam litigat, nisi alterum excludere, se installare & inuoluit. Miseri homines, ita speratis excidunt beneficiis, quia eos applicuerunt operi, qui facti competitorum, ea rogarent & obtinerent sibi. Quot amatores pradam & matrimonia perdiderunt, quod conciliatorem hunc aut illum misissent, qui rualis factus excludit socium? *Nusquam tuta fides, ubique fraudes.* Ne igitur in tales incideret, qui sub aliena suam causam agerent apud patrem, nec ita intercessuri erant ut oportebat, optime dicit: *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c.*

Vrg. 4. Æn.

Fœmina sine masculino, spes sine experimento, & labore, nihil boni gignit. Quis mea negotia fidelius curabit & studiosius, quam ego? male procedunt bella, quæ per vicarios administrantur.

Sed concedamus simulatos non fuisse amicos, non timuisse inimicitias pro amico, non que situros Principis fauorem sibi: nonne socordissima humana est negligentia, torpor in negotiis, procrastinationes, conuientia? Ad hæc requiruntur potentia, seu opulentia, patientia, & diligentia.

Vide Mich. de Monte li. 2. cap. 4.

Et quomodo in alienis curandis hæc non interueniant, cum cōtingant in propriis? Nam inuenias homines apud quos litteras tuas clausas inuenias, 3. aut 4. die, postquam acceperint. Patrum nostrorum temporibus Dominus de Beutiers, visus est Thurinum perdere,

ardere, quia sedens in conuiuio neglexerat inspicere relationem prodicionis, quam machinabantur vtrique, cui præerat Saluus fuisset Iulius Cæsar, si vadens ad Senatum legisset scriptum oblatum illo die quo cæsus est. Idem dici posset de Archia Tyranno Thebano. Et quomodo hæc non accidant in humanis, cum frequens sit in diuinis, quam negligenter nonnulli pro populi salute apud Deum orant, cuius peccata quotidie comedunt? Atque ideo constitueretur dies repetundarum & iudicij, ac tum contra eos clamabunt populi bene deuorati, male consolati.

D. Bernard.

Quomodo particulares & priuati homines de Agentium negligentia non conquerantur? cum sæpe Republicæ a tutoribus suis habeantur parum fideliter: quomodo humana non tractentur segniter, cum & diuina tam somnicolose obeantur? sed magno Agentium malo. *Malédictus qui facit opus Domini fraudulentè, alij negligentè.* Nec sæpe vlla maior negligentia est, quam cognatorum, qui veniam sibi facile à cognatis promittunt.

Terent. in Andr. Act. I. Scen. I.

*Mulier quadam abhinc triennium,
Ex Andro commigrauit huc vicinia.*

Inopia, & cognatorum negligentia

Coacta, (Chrysis sc. ex Andro Athenas comigrauit.)

Procuratores & cognati dicunt sæpe,

Cras hoc fiet, idem cras fiet,

Persi. 5.

Sed cum lux altera venit,

Iam cras hesternum consumpsimus.

Cras cras & sic nihil fit. Quos autem negotia ipsa concernunt, melius aduigilant, intererat vero maxime Prodigii reconciliationem suam diligenter accurari. Nemo igitur maiorem diligentiam & sollicitudinem illuc erat allaturus. Ideoque melius neminem loco mittens ipsemet vadit. *Surgam & ibo ad patrem, & dicam ei, &c.*

Quid.

** ipse fui.
habet Ouid.*

*ipse eques, ipse pedes signifer * & ipseus ero*

Ec 2

** Dux*

* Ex quadã
adolescentia
mea para-
nesi.

* Dux vero, miles ero, Duce me, me milite, selam
Bella geram.

Ecce rationes aliquas ex parte intercessorum, quæ
Prodigum mouerunt iis non uti: nunc autem videri-
mus quas habuerit rationes ex parte personæ pro-
pria.

I I.

*Quod propter personam propriam quo minus cre-
retur iustas habuerit causas.*

Necessitas itaque nimium vngens, periculum in
proximo, mors videlicet præ foribus (ego autem
hic fame pereo) non permiserunt euntem & redire
expectare nuntium, forte diu hæsurum, aut cum con-
ditionibus reuersurum: ut ita bis ter vltro citroque
cōmeandum esset. Interim ante responsum confu-
tabit pater, examinabit testimonia, inquiret contra-
ria, forte & falsa auditurus, & suggestiones iniquas, &
quod notarij scribent respondebitur, ibunt prople-
ca pro duplica tabellarij, & dum poluntur, dum conu-
tur annus est, * dicit quidam alius. Interea miles Pro-
digus, vix agram efflabit animam. Nimia hæc mori-
venter caret auribus, nec patitur sibi verba dari.

Terent. in
Heaut. Act.
2. Scen. 2.
* Sed est ibi
sermo de mo-
ra mulierū.

Plaut. in Amph.] Fames & mora bilem in nasum in-
ciunt.

Sallust. in bello Iugurth] Animo cupienti nihil satis
festinatur.

Ouid. lib. 2. de Arte.

Cum mora non tuta est totis incumbere remis.

Vtile, & admissio subdere calcar equo.

Et quamuis paciēter interea tolerare potuisset fa-
mem, creasset nihilominus aliud de periculum. Erum-
punt enim quæ tanto struuntur tempore. Herus sub-
odoratus fuisset proculdubio, aut rumoribus, aut nū-
tiorum discursu, & suspectum habens seruulum, cor-
rumperet tabellariū, examinaret secreto, aperiret lit-
terulas, atque ita tora aperiretur scena, proderetur
Prodigus. Vbi que mitteret obicem aduigilans ipsi, &
nuntium.

ntiis, forte & catenaret ne volens quidem fugere
 illet, aut si omnino prohibere nollet reditū, vexaret
 item magis cōstitutum in exitu (vt Pharo Israclem,
 maxime loquentem de abitu, vt sacrificaret Deo) pa-
 tum putans sibi honestum, si tam cito seruum dimit-
 teret, vix ascriptum; querulaturū de egestate. Quid?
 Veneti dicunt, bona consilia, quantumcunque se-
 cetera, venire in lucem. Ipse autem adeo rebus omni-
 bus erat destitutus, vt nec tabellarium ad patrē mit-
 tere, ac petituro pretium, vnde redderet non haberet:
 ac si forte tres seruasset obulos, ipse illis in reditu,
 maxime ad longinquam regionem, carere non po-
 tuisset, erubescens extendere manum ostiatim, igna-
 rus omnis opificij, nec lucraturus arte in transitu vi-
 ctum. *Fodere non valeo, mendicare erubesco.* Neminem
 etiam doctius sciebat plangere, & magis mouere mi-
 sericordiam, quam qui ipse in malo sedeat. Qui ma-
 lum non sentit, non vt oportet exprimit; ac ideo pa-
 tum mouet. Aliter violata loquitur Lucretia, inter a-
 micos, in conclaui vindictam petens, aliter in scena
 ac theatro persona eius agens. Vera Lucretia ad quod-
 libet verbum pallefcit, rubescit, deficit, resumit
 animum, nec fctas dat lachrymas, mariti & ami-
 torum corda flectit, armat ad Regis vltionē. Sup-
 posita vero ploret, eiulet, ac mentitis quantum valet
 auditorem expugnet lachrymis, nunquam tantum
 potest quantum vera. Corda nostra specula sunt, re-
 cipiunt affectus vt repræsentantur. Testudines con-
 cordes, reddentes pulsum etiam intactæ, quem red-
 dunt vicinæ si pulsantur; & Echo verba reperens au-
 dita.

Horatius in Arte.

Vt ridensibus arriident, ita flentibus adsunt.

Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est

Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia ludent.

Cicero 2. de Orat.] *Vt nulla materies tam facilis ad
 ardescendum est, quæ nisi admoto igni, ignem concipere
 possit: sic nulla mens est, tum ad comprehendendam vim
 Oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse*

ad eam & ardens accesserit. *Ut naphtha vim habeat citissime ignescendi, non tamen ignescit, nisi vel procul viso vel admoto igni.*

Psal.] Ignis à facie eius exarsit, carbones succenssi sunt ab eo.

Aliter se commendat Belifarius, & postulat cæca in aliqua sedens proscucha, aut ad vestibulum medicans Ecclesiæ; aliter etiam Lazarus ostia obiens, aliter cõcionator aliquis, aut qui ipsius nomine suppetit, quantumcunque affectus pauperi. Et si miser tales in medio Ecclesiæ suas audiamus aperire miserias, aut permittamus ut parochiã semel circumambulēt ad ianuas, decem citius, quam alij quinque stipites inueniant, quia collector extra miseriam, tantum nescit gemere, tam serio viuēque nescit commẽdare: miserabilius narrat qui patitur, altius gemit, verum ostēdit tremorem, natiuas lachrymas, aliter aures & oculos spectatorũ afficit, impetrat quod rogat.

*Horat. in
Arte.*

*Telephe vel Paleu, mala si mandata loquere,
Aut dormitabo, aut videbo: tristia mœstum
Vultum verba decent.*

Nonne legimus in Euangelio Lazarum canibus mouisse misericordiam, quia illis vicinior; adeo ut lingerent vlcera eius (videbant illi & audiebãt). Ab hero autē, nec frustum panis, nec lapsas à mensa miccas impetrasse, quia scilicet alienis illas spectabat oculis, frigide narrabãt ministri iacere pauperē aliquē ad portam, clamantem, cantillantem: sine vlla exaggeratione. Nonne ideo optimi Oratores, qualis Demosthenes, tantum semper tribuerunt actioni, ac viuæ representationi rerum? Nonne ut melius agerent ac flecterent Iudices, magni Oratores prosopopeias faciunt, finguntque personas miseras & absentes, quasi in tribunali loqui prostratas ante Iudicum pedes? Non enim tum iudices & auditores, tam sibi videntur intercessorem audire, quam veras patientium inspicere calamitates, attendere gemitus, & ipsa oppressorum verba, quod vel solum lachrymas concitat. Nonne & ideo quidam tam valida non contenti machina,

*Vide Quint.
li. 6. Inst. c. 1.*

machina, vt magis in suam partem trahant Iudices, capitis periculum non obstat, ipsos producunt opplices, macie, pallore, squalore confectos, horrore obritos, male tractatos, (vt olim Pilatus dicens *ecce homo*) nonnunquam & vxores, & puerulos eorum: detegunt pectus, ostendunt cicatrices, & honorata pro patria vulnerum vestigia (vt M. Antonius defendens M. Aquilium, quo stratagemate oculos expugnauit Romanorum) nonnunquam & gladios ostendunt, & cruentos pugiones, quibus hostem obturcarunt. Ostendunt ossa extracta de vulneribus, exponunt vestimenta pertusa ictibus, purpurata sanguine, defigunt vulnera, denudant corpora, vt horrida vulnerum ac violentiæ vestigia, ob oculos ponant.

Dici non potest quantum arietes & machinæ istæ corda audientium concutiant.

Aiunt populum Romanum in furorem pene verisimilem, cum in pleno foro cruenta Iulij Cæsaris prætexta, post factam cædem esset exhibitæ. Sciebatur quidem cæsus & corpus iacebat in curia, exhibitæ tamen spectantium oculis sanguinea vestis, tam viuè obturcationem repræsentauit, vt non antea cæsus, sed tum demum cædi videretur. Quid? pinxerunt nonnulli ad animos mouendos quam potuerunt naturalissime suas miseras. Dicuntur id fecisse etiam cõcionatores nonnulli, & exhibuisse in passione Domini solenne istud, *ecce homo*, quæ tamen praxin non probat Quintilianus, cum hoc sit arti suæ diffidere, & existimare mutam melius locuturam imaginem, quam viuum hominem. Considerans igitur Prodigus, nunquam tam efficaciter & graphice repræsentari miseras, ab iis qui extra miseriam sunt, rectissime conclusit, *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c.* Faciam hæc melius præterito fratre, præteritis seruis, & cognatis, qui mala mea non sentiunt: sperauit denique facilius expugnari posse patrem per se, quam per alium.

Quomodo vero hoc? Alij non nisi vna aut gemina via frangent patrē. Auribus forte vim faciētes aliquā,

Ec 4 ocu-

*Idem lib. 2.
cap. 15.*

*Sueton. in
vita Cæs.
Appianus li.
2. de bello ci-
uili.*

*Quintil. lib.
6. Instit. cap.*

oculis pene nullam. Ego vero si ipsum aggrediar, omni ipsum deturbabo sensu: expugnabo aures, non minus forte & melius quam frater; ubi enim didicerit ipse, forte ad stium, & aratrum, (*erat filius senar in agro*) cinerarius ad focum patris, *fili tu semper macum, seruiens & curans rem domi, ecco tot annis seruiisti.* Ego vero terras peragraui, *profectus in regionem longinquam.* Versatus cum domicellis ubi non parum eruditus sum, necessitate saltem, bene me habere, ad gratiam loqui, exprimere passiones, *cum meretricibus.* Illæ enim auiculæ sunt quæ suavi cantu, & blandis sermonibus, & vincunt aliquando & vincuntur: detinet nos, sustinent se bonis verbis. Adde etiam quod amos sæpe homines ingeniosos facit, & magis disertos quàm vina. Insuper nonne hic in ministerio fui viri primatis, *adhæsit vni ciuium, primati regionis illius:* ac inter aulicos sunt qui verbi gratiam profiteantur.

Vide supra primo sermone de seruitute peccatorum.

Denique necessitates acuerunt mihi sæpe sensum, & fecerunt esse disertum. Melius igitur ipse percellam aures paternas, & flectam rigorem facile tantum quantum frater. *Surgam igitur, & vadam ad patrem meum, & dicam ei, &c.* Omnia fratris verba, seruatorum, & cognatorum nihil nisi velitationes quædam erunt, contra turrim maximam S. Andreae Mōribus, aut contra immanem illam molem castri S. Angeli Romæ: deductio vero & relatio à me facta, fulmē videbitur & tormentorum maiorum ictus. Oculos forte patris frater aliquantillum mouere poterit, complicans forte pro me manus, amplexans ac tenens genua, flens aut fletum fingens (vnde enim opiner ipsi meas miseras iracundi esse, vt illi achrymet, aut vnde ipsi tantum flendi artificium, vt instar fœminæ Crocodili lachrymas ad arbitrium habeat, ubi hoc didicisset, qui nunquam illarum visitauit scholas, quæ *vt flerent oculos trahere suos.*) Fingēs dico lachrymas, sex septem; fletum enim continuare non poterit, non enim sine causa dictum *nihil facilius quam lachrymas inarescere,* ac nullum simularum diuturnum: suspirium forte vnum trahet, aut alterum, hodie, & cras, & omnis cum isto ab oculis eua-

Quint. li. 6. instit. cap. 1.

is euanesceat apparatus. Ego vero pro me quid non
 agam, quid non tentabo? quomodo manus tollam in
 caelum? quomodo paternis aduoluar pedibus? quo-
 modo amplexabor? quomodo stringam genua? cla-
 mans pleno ore, *non demittam te nisi benedixeris mihi* *Genes. 9.*
 pater, non deseram te, non ianuam, nisi receptus in
 gratiam. Quomodo inundabo pedes feruentibus la-
 chrymis, quomodo promissis extergam capillis, non
 ut olim per vanitatem, non per maiestatis speciem ut
 antiquus Reges Franciæ, multo minus per sanctita-
 tem ut olim Nazarei, & Eremitæ; sed extrema inopia,
 non habens unde satisfaciam tonsori. Faciam omnia
 pro me ego, non minus sedulo quam Magdalena in
 pleno Simonis leprosi conuiuio.

Si mane repullam patiar, reuertar ad meridiem: si
 & tum tentabo iterum vesperi, prostratus ante lectum:
 si die illo inexorabilis est, tentabo crastino, dein &
 perendino, & toties urgebo importunus ut propter
 importunitatem saltem vincam. Frater, serui, amici, ni-
 hil nisi narrabunt ut laceris sim vestibus, ut attenua-
 to vultu, ut fractis viribus. Ego vero paratum ex hu-
 meris ostentabo centonem, laceras vestes, vlcera pe-
 dum, sanie, pro purpura ostendam saccum, & cili-
 cia quibus operior, iam ipsis culinæ vermiculis im-
 mundiora: filo non subtiliori, quam retia sunt pesca-
 torum, aut lupulorum sacci; pro subtili indusio, Flan-
 dricaque tela, quæ recens quotidie me amiciebat,
 iam carnem ostendam certantem candore cum tor-
 ridæ zonæ habitatoribus, aridiorem halecibus, ac
 salpis induratis. Pro forma priori, caput opponam se-
 micaluum, depilum, squammatum, crustatum vlceri-
 bus. Hæc pro calamistrata coma, hæc pro crispanti-
 bus capillis. Volens nolens prominentibus manum
 manum admouebit ossibus, quæ iam caro nulla vestit,
 costis quas macies fecit numerabiles, iuncturas om-
 nes, iam exstantes non minus quam dentes apro, ge-
 nua vertebrae, vix pelle opertas. *Dinumerauerunt ossa
 mea.*

Videbit non iam me hominem sed phantasma ef-

se, si modo hoc manibus ut ego palpari possit, aut veram moris imaginem. Et sic ad alterum transibo sensum; excipiet naribus, (sit venia verbo) padorem foetoremq; paupertatis meae, & inopiae quae iam tam diu me obledit: si nihil praegustarit, certe parum lubebit prandere, oppieto exhalationibus, quos non locus, sed indigentia spirabit: & sic certe melius patris sensus quassabuntur per me quam per vllum alium. *Surgam igitur, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c.*

Horat. lib. de Arte.

*Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quae sunt oculis commissa fidelibus.*

Ex fratris verbis nihil nisi imaginari poterit quae circa me sunt, si accesserim ego, audiet, videbit, tanget, olfaciet, gustabit. *Surgam igitur, & ibo ad patrem, & dicam ei, &c.*

Frater meus, & alius quicumque etiam propensissimus, nihil nisi rationibus mouebit intellectum: ego vero constringam, compellam voluntatem, *Surgam igitur, & ibo ad patrem, & dicam ei, &c.* Alij in finem tantum vna aut altera via profitigabunt partem: auditum scilicet, & visum, ego vero omnes penetrabo sensus, loquar ad cor, per aures, per oculos, per manus, per nares, per palatum ipsius, *Surgam igitur, & ibo ad patrem meum.* Alij non dabunt nisi instructiones: ego mille vehementes suggeram passionnes. *Surgam igitur, & ibo ad patrem meum, & dicam ei.* Quid? pater filium videns ita plorantem, audiens ita gementem, ita clamantem, tam humiles fudentem preces, tot intercisas suspiriis, interruptas lachrynis, audiretne centies reduplicatum peccavi, verbum hoc quod potentissimos mundi iratos mitigat, Sanctos etiam, & ipsum mundi Dominum, & nihil vsque misereretur?

(Superi) saepe leuant poenas, ereptaq; lumina reddunt,

Cum bene peccati poenituisse vident.

Ventilaret pater naribus calamitatem filij, palparet

*Quid. de
Ponte.*

et plena manu extremæ indigentæ officinam, nau-
 scaret cibum tam fastidioso oppletus spectaculo, &
 nihil concederet misericordiæ? nonne omnis ipsi ef-
 feruescet sanguis, si creaturam contrigerit adeo mi-
 seram, suo sanguine enatam. *Sanguis sanguinem tetigit.*
 Totum ipsi corpus nunquid compassione deficiet?
 sentiens, tangens, carnem de carne, os ex ossibus suis,
 tot passionibus substratum? Ergone pater filio futu-
 rus durior, quam Iudices quidam externis, quos so-
 lus miseriarum aspectus flexit ad veniam? Ah neuti-
 quam: pater prope nimium facilis, qui tantopere mihi
 indulget, plus sane quam me, & illo dignum. Iamne
 recusabit obstinatus tantillum quod peto, in tanta
 mea necessitate, in re quæ tantopere ipsum deceat.
 Nihil peto, nisi veniam & gratiam per meum, *peccaui:*
de cætero fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Quid
 petere possem minus à patre tam opulento?

Hem, dilectissimi, nonne negotium suum belle
 expendit Prodigus? Nonne bono consilio propter
 personam suam ipsemet recta iuit ad patrem, potius
 quam per mediatorē, quisquis ille esset? Videamus iā
 quæ ex parte patris ipsi ut sic ageret motiua fuerint.

III.

*Quod benefecerit non utendo, sed pro se eundo
 propter respectum patris.*

Cum omnia perlustro, optimam inuenio senten-
 tiam Prodigii. *surgam & ibo ad patrem.* Ipse ego &
 nō alius. Quorsum applicabo hunc inde alios, frustra
 fit per plura quod potest fieri per pauciora: præstat ut
 solus illuc eam, quam ut fratris aut cognatorum re-
 quiram operam. Itane? Ita quidem existimo, & hoc re-
 spectu patris.

* I. Pater eius, primo ut senex ista noua non fa-
 cile credidisset, *Tarda solet magnis rebus inesse fides.*
 Iacob ipse decem aut undecim filiis, bona de Iosepho
 narrantis, credere non potuit quod regnaret
 in Ægypto.

Genes. 45.

in Ægypto. Quo audito Iacob quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Præsentia eius fidem faciebat omnibus.

* 2. Pater eius pater erat, ac proinde reliquis erograbilior. Patres etsi irati, patres tamen sunt, *causa maior prolis*. Libentius audit filium balbutientem quam alium bene loquentem. Absolon, fili mi, Absolon, dicit Dauid, de filio si vllus vnquam natus est, perfido, proditore, fratricida, affectatore regni, parricida voluntate, & quid non?

* 3. Pater eius Dominus erat, & caput familiarum filius autem, & serui eius ipsius subditi. Ac dominos sæpe ipsis seruis videmus multo clementiores, & melius fere cum dominis transigi posse, quam cum delegatis, tam in Ecclesiasticis quam politicis. Pontifices summi, Imperatores, Reges, suauius flum diducunt, quam vicarij ipsorum. Non recordamini, dilectissimi, quam Helias fuerit seuerus in falsos Prophetas Baal? nonne quadringentos gladio occidit nonne duos quinquagenarios igne cœlesti absumpsit? fulminatos cœlitus, cum suis agminibus. Eliseus vt discipulus spiritus Elię sic & seueritatis, 42. pueros, qui ridebant ipsum ac illudebant senio, & caluitio, & canitie, iussis de sylua exire vrsis, deuorare fecit omnes simul pueros. O quam seueri homines! Contra vero Moses, summus Dux Israel, dicit: *ego sequester, & medius fui inter Dominum & vos*; certe id tanto studio adcurauit, vt oraret deleri potius de libro vitæ, quam videret populum vltice Dei manu excindi. Frater ipsius Aaron nihil fere fecit minus, quando accepto thurribulo, stans inter viuos & mortuos, iram & vitætam Domini intercidit.

Deus. 5.

In testamento nouo S. Petrus & confratres eius, vix Christi Apostoli, nonne voluerunt ignem vocare cœlitus in totam ciuitatem, solum quod recussissent suscipere Christum. Imo vero ecce qui viri, quam rigidi, quam seueri: Dauides dices paruulos, irascetes & ardentes in auaritiam Nabal.

Sed quid dicit bonus ipsorum magister? bene ipsos repressit.

repressit. Hola, hola inquit, belli filij, *nescitis cuius spi-*
ritus estis. S. Petrus etiam iam Christi Vicarius, quid fe-
 cit duobus coniugatis, quod eum mendacio pomum
 quasi seruassent venturæ siti, & particulas quasdam
 diuenditæ hæreditatis? Occidit in vestigio Ananiam,
 & redeuntibus vespere vespillonibus idem fecit vxo-
 ri. Simonem magum deturbauit ab alto. | Videte mi-
 rabilia istius discipuli, sed magister eius quantum di-
 uersus; liberauit fœminam in adulterio depræhensam,
 egit causam publicæ peccatricis cõtra Simonem ho-
 spitem, ignoscit omnibus pœnitentibus. *Non veni per-*
dere sed saluare. Gratias ago Deo quod aliquoties Ro-
 mam videns adeo Paulum Quintum inueni comem,
 humanum, benignum, vt dimidium vix sperare ausus
 fuerim toties ad audientiæ cameram admissus, *absque*
eo quod intrinsecus later. Magnus nostri temporis scri-
 ptorum Cæsar Cardinalis Baronius (homo Papatu di-
 gnissimus, si eum Dominus diutius nobis conserua-
 set) Deus bone quam auscultauit me benigne, quam
 inuitauit ad suam mensam? semper quo homines vidi
 maiores, vidi etiam meliores, humiliores, tractabi-
 liores. Papæ, & maximorum illorum virorum ele-
 mentia, multo maior est quam simplicis alicuius sa-
 cerdotis. Magnus quidam vir narrauit mihi Romæ
 quod aliquando muliercula cum filiolo in brachiis,
 viuentis Sixto Quinto Põtifice, ex ordine S. Francisci,
 cum ad patrem istum per populi turbas accedere non
 posset, ac illi ad pedes prosterni, à longe satis clama-
 uit, ex media turba quasi publice confitens, incestum
 secretum quem cum filio quodam suo commiserat.
 Sanctissimus Pater *filius*, inquit, *ille meus est, à filio meo*
descendens. O casum execrabilem! quid fecit magnus
 Papa? magnus in dictis & factis omnibus, magnus in
 animi conceptibus: benedixit ei, & ignouit statim in
 foro suo, nec aliam illi pœnitentiam inunxit, quan-
 tum memini, nisi vnum *Aue Maria.* Cumq; alij diceret
 nimis hoc esse parõ pro peccato tã enormi; respõdit,
 non vobis videtur mulier ista verecundiæ & ruboris
 soluisse satis, publicè confessa peccatum suum, tanto
 dolore

Cant. 4.

dolore, coram tanto populo? Vide clementiam patris patrum, simplex sacerdos laboraret satis ut imaginaretur pœnas tali peccato dignas. Addam adhuc unum de clementia Commissarij cuiusdam Curie Romanæ, quod ex ore ipsius accepi: eheu iam moritur, homo dignus longiori vita, ac amplioribus dignitatibus, propter clementiam ipsius singularem, ac eruditionem: unde & lectus est vnus ex duodecim iudicibus famosissimæ cuiusdam disputationis Romæ. Reuer. scilicet pater, frater Iohannes Herera, Cordiger Hispanus, lector Theologiæ quinque & viginti annis. Bonus igitur ille pater cum à quibusdam moneretur nimis esse benignus iis, qui ex conuentibus suis à longe ad ipsum confugerant, respondebat: miseri homines, nonne in tanto itinere satis tulerunt, & magnum nobis honorem faciunt se nobis submittentest. Bonus iste pater, ad moderandas pœnas, hæc redigebat in computum. O piam animam. Sic etiam Deus cum anima ipsius agat, si necdū fecerit. Ite ad minores aliquem prælarum cum simili offensa, non sciet qua fronte te excepturus sit, *Non satis ad pœnas Tartari vnus erit.* In politicis accidit idem. Facilius aliquid impetratur à Regibus quam ab officiariis. Exemplum est in Roboam, filio Salomonis, qui solus, non admodum fuisset difficilis in concedenda quæ petebatur relaxatione tributorum: sed grex iuuentulorum Officiariorum, in causa fuit, ut loqueretur quod decem regni partibus vix redemit, nihil seruans quam duas ex duodecim tribubus Israel. Respondit enim: *si pater meus cecidit vos flagellis, ego cadam vos scorpionibus.* Exemplum etiam in Rege, cui quæstor decem debebat talentorum millia, quæ prima petitione condonauit: idem conseruo suo centum noluit dimittere denarios, sed rapuit in carcerem, donec solueret totum. Exemplum etiam in seruis patris familias, cuius seminibus ab inimico homine superseminata erant zizania: statim enim offerebant operam serui ad eradicanandum, sed Herus moderatior inhibuit præcipitantiam, volens ut sinerent vsque ad messem,

1. Reg. 12.

Matth. 18.

tum

tum imperaturus quod factu opus.

Ah Belgium si semper cum Principe naturali tibi fuisset negotium, & non cum deputatis quibusdam zelosis, sed non secundum scientiam; non ita campi tui fuso ruberent sanguine, sederes melius quam modo, corpore minus mutilo, membris minus dispersis. Ex quo habuisti Principes naturales serenissimos Archiduces, nonne aduertitis ut omnia cedant melius, pluri iam fieri tuam vitam, tuum sanguinem, abdi gladios in vaginas, non audiri ultra flammam, saccos, laqueos. Pastores proprietarij tenerius amant gregem, quam mercenarij & commissarij. Pater dicit, quicquid accidat, seruate mihi puerum Absolon. Ioab magister militiæ tribus eum confodere ausus est lanceis pendentem ex capillis. Prodigus igitur bene facit recta conueniens summum Dominum, atque illi se prosternens. *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c.*

* 4. Pater ipse corde erat generoso, & nobilior frater ingenio satis abiecto, & mechanico, serui etiã viliori. Frater ipse labores cogitabat, lucra, auaritiã, *Erat filius senior in agro.* Pater liberalitatem, quã tam facile illi hæreditatem indulsit, & redeuntem Regio conuiuio excepit. Certum enim quo animus generosior, eo citius flecti ab ira ad veniam, & clementiam. Sicuti modica iniuria nobilia corda tanguntur. (*Superbia, inquit Sallustius, commune nobilitatis malum*) sic modica recognitione totum compensatur.

Sall. in bello Iugur.

Ouid.

Quo quisq; est maior, magis est placabilis ira:

Et faciles motus mens generosa capit.

Bestiæ etiam quo generosiores & fortiores, eo magis sunt tractabiles. Leonis furor cedit, si victus victorem agnoscat. Vrsi, lupi, & ignobiliora animalia, non cessant nisi prostratum & mortuum videant, & vix mortuum relinquunt intactum; dilacerant, dilaniant, cor & intestina.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,

Ouid.

Pugna

Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.

Plin. lib. 8. hist. nat. cap. 16.] Leonis tantum ex feris in supplices clementia, prostratisq; parcit? & ubi sanis in viris potius quam in foeminas fremit in infantes non nisi in magna fame.

Idem lib. 8. cap. 40.] Impetus canum & senitia mitigatur ab homine confidente humi.

At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,

Et quacumq; minor nobilitate fera est.

Sic & generosior populus Romanus, & magnus etiam Tamerlanes egerunt. Ciuitates enim quae facile se dabant ad obedientiam, tractabantur benignissime; rebelles vero asperere.

Virg. 6. Æn.

Romane memento.

Plin. lib. 11.

Parcere subiectis & debellare superbos.

de genibus.

Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis Olympo.

Ad hac (ait)

Projice tela manu sanguis meus.

manus ten-

dunt: hac ut

aras adorāt.

Inest & aliis

partibus re-

ligio: sicut

dextra ocu-

lis auersa

appetitus in

fide porrigi-

tur.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Senec. in A-

gam. 2.

Nostro Prodigio decretum erat verbis & gestibus humillimis, ac omni modo generosum placare animum: si cor generosum prostrationibus in terram, & adgeniculationibus flectitur: accidam patri, volatibor in puluere? petens veniam: non enim dicitur tam benignum peccanti, nisi à prostrato, & adgeniculante. Si pater mihi Leo, ignoscet videns deiectum: si responsio mollis frangat iram, optima quæ didici verba dabo. Primo compellato nomine patris, quo nullum dulcius. Si placatur confessione & accusatione sui animus generosus, imo & ipse Deus; sicut excusationibus magis irritatur, *Quem poenitet peccasse, pendet innocens*, dicam me peccasse contra cælum, & ipsum offendisse Deum & homines, indignum nomine filij. Si promissa emédatione ac humili seruitute magni trahuntur ad veniam.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Quid. 2. de Arte.

Obsequium tigrisq; domat tumidosq; leones.

Ecce dicam patri me in posterum paratum ad pedum oscula, ad opera quælibet manualia, *fac me sicut unum ex mercenariis tuis.* Cum igitur nihil omittere certum

Terent. in

And.

certum sit quo nobilis animus, qualem noui esse pa-
 ti, flectatur; quid mihi cum mechanico fratre, cum
 seruis: *ibo & faciam per me omnia. Surgam, & ibo ad
 patrem, &c.*

Melius etiam accipiunt magnanimi deditionem
 voluntariam, & personalem delinquentis, quam com-
 positiones aliorum: idque tribus saltem de causis.
 Primo ob honorem qui ipsis sit, per opinionem &
 fiduciam clementiæ ipsorum. Secundo, per honorem
 qui ipsis habetur à supplice tendente manus, ante re-
 tractarias, & sic agnoscente potentiam ipsorum, &
 animorum viam.

*Vicisti, & victum tendere palmas
 Ausonij videre,*

*Virg. 12. Æ-
 neid. vox*

*Turni est ad
 Æneam.*

1. Reg. 27.

Dicebat Turnus Æneæ. Tertio, propter securita-
 tem quam ipsis facimus de animi commutatione; nõ
 iriam sperent tantum, quod fit quando per interces-
 sores res peragitur. *Spes qua differtur, affligit ani-
 mam.*

Melius vnum accipe, quam duo accipies. Narra-
 batur ante septem aut octo annos quidam guberna-
 tor Metēsis, in Lotharingia, nescio qua in re difficilis
 fuisse mandatis Regiis: cumque sensisset defunctum
 Henricum Quartum, Metas v̄etorum ad inobedi-
 entiam illam castigandam, Regem ipse adiit, dicēs: Rex
 venio, tibi vt obediam, & caput meum adferā: quam
 deditionem, & de bonitate sua fiduciam, Rex ira ac-
 cepit, vt plane ei ignosceret. Fuga Dauidis ad Achis
 Regem Geth, ad implacabilem Saulis iram declinan-
 dam, cum 600. hominum agmine, sine vllis præuiis
 pactis, tantā cōciliauit ipsi apud Regē fidem, vt oppi-
 dulum ipsi concederet seorsim, stationi suę, imo pau-
 lo post fecit ipsum Ducem corporis sui custodiae.

1. Reg. 28.

*Plut. tom. 1.
 vit. in The-
 mist.*

Nõ dico quomodo Themistocles serenauerit cho-
 eram Admeti Regis Molossiorum, alioquin capita-
 liter ipsi infensi, vtpote qui in causa fuerat cur Athe-
 nienses postulata ipsius recusarent: quia sine fœderi-
 bus vllis, amplexus paruulum Regis filium, se pro-
 sternebat. Non tamen inutile fuerit audire: quantum

Ff pro-

Calcedonius profuerit eidem Themistocli tantum confisum esse
Xenocrates de Rege Xerxe (cuius alias cladis author fuerat) vi-
 quum ali- dens enim se suis post tam præclara facinora exolum,
 quando pas- recta ad amplexus ipsius abiit, sine vllis pactis. Reze-
 ser accipitri- nim ille magnus Persiæ, ita hoc interpretatus est,
 futurus pra- vi inter amicos eo nomine beatum se prædicat, &
 da, in eius sacrificiis factis, largiterque bibens, nocte in somnis
 sinum seve- ter exclamaret *Habeo Themistoclem Atheniensem*, ac
 cepisset ope- postridie omnibus præsentibus amicis, salutauit eum
 ruit, fonsitq; officiosissime: miser qui venerat supplex, cum iterum
 dicens, non pedibus eius fuisset aduolutus, accepit ducenta etiam
 oportere sup- talenta, quæ promissa erant ei, qui ipsum adduceret:
 plicem pro- dicens bono iure ista ipsi deberi, cum seipsum præ-
 dere. sentasset.

Idem ibid.

Tantis deniq; ipsum cumulauit beneficiis, ut Tho-
 mistocles in pleno conuiuio suis diceret, *equidem pro-*
riueramus o pueri, nisi perissemus. Atque ita à Rege pro-
 gitur quatum ista fiducia apud magnos valeat. Deu-
 motusest, ut ipsis Persis plane fieret inuisus. Videre
 etiam vult ut in se speremus, maxime cum despe-
 ratae res sunt, verguntque in peius, sine vllis con-
 ditionibus: quia hæc tacita confessio est omni-
 potentia (qua omnibus adferre potest remedium)
 bonitatis (quia non dedignatur extremum esse
 desolatis refugium) *Cum ignoremus quid agere de-*
beamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nos-
tros dirigamus ad te, dicebat Rex Iosaphat, con-
 clusus à barbaris. Ut igitur deditionem faciat gra-
 tissimam patri, dicit, *Surgam, & ibo ad patrem*
meum, & dicam ei. Sine pactis, sine conditio-
 nibus.

2. Paral. 20.

* 5. Pater ipsius fortissima indigebat ac potenti
 medicina, quia cæ diu tantopere fuerat desolatus, tam
 cum adhuc esset in ædibus duro scilicet & indomito
 capite, quam cum extra patriam in omni prodigali-
 tate sua & lubricitate. Tanta, tam longa desolatio
 iuuari debebat vehementi consolatione; ut sic quasi
 resuscitaretur ab ægritudine animi in qua racebat: *ex-*
trema morbis extrema remedia. Certum autem est ino-
 pinata

nata ac repentina gaudia esse maiora, (*minus feruntur* que *prauidentur*) dummodo etiam non excedant: nimia enim & insperata lætitia aliquando extinguit: vt si quis videat appellere viuum, quem multum amauerit, opinatus esse mortuum. Romana quædam mulier allatis de filij morte nuntiis ab Hannibale ad Cannas, vel Trasimenum cæsi, videns eum ex improviso sanum & saluum, vt assidebat fœco emortua est. Contra tales inde casus Romani peregre reuertentes, præmissis nuntio, vxores & filios de aduentu suo præmonere solent, inquit Plutarchus.

Valer. lib. 9.
cap. 12.

Hoc est quasi temperare vinum lætitiæ iis, qui purum bibere non possunt. Patri autem Prodigii merum erat adferendum.

Si igitur Prodigus de reditu suo quicquam scripsisset, aut si de eo prius tractassent mediatores, patris illa lætitia, quæ subito recens ipsum circumfudit, quasi temperata, diuisa, & fracta fuisset, rumusculis, nuntiis quotidianis, discerptis quasi partibus; atque ita potissimam imminuissent massam, in die reditus, nec completam bono seni solidamque vno die tulisset lætitiã, pro solida longaque tristitia. Atque ideo sine prodramo ipse adfuit, antequam adesse nuntiaretur. Si alias contristauerat patrem, vt videretur moturus dolore, dicens, *descendam ad filium meum lugens in infernum*, voluit etiam eum semel implere gaudio, vt cogeretur dicere cum Iacob, inter amplexus Iosephi, quem multis annis non visum existimabat à feris deuoratum. *Iam letus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.* Voluit restituere ac renouare isto gaudio, puto, integro, inopinato, annos quos tanta afflictione abstulerat, qua canitiem & senectutem accelerauerat. Quid vultis? satisfacit miser vt potest, si nõ vt debet: facit hostimentũ, reddit tantũ pro tanto, quantum ipsi possibile. Ecce rationes potissimas quibus mihi inductus videtur ad tam animosum consilium. *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, non litte-*

Genes. 37.

Genes. 46.

Psal. III.

ris nec intercessoribus. Sic igitur Prodigus noster, hoc suo facto, pulchre nos docet, dum pro peregrinamus, meminisse modestiæ: si superiores sumus inferiores nō cōtemnere, ut si & ipsi ex equo pedites decedamus libere auxilia postulare possimus. *Parat sibi adversis praesidia, qui afflictis commodat; in cunctis homo qui miseretur & commodat.*

Si enim Prodigus ferreus non fuisset, & æneus domesticis seruis, inuenisset ipsos paratos ad intercedendum apud patrem, & conciliandam gratiam. Docet & miseros ac lapsos circumspecte agere, non nimium fidere sua aliis, quando ipsi suis intendere & vacare possint: propter perfidiam, pusillanimitatem, & negligentiam frequentem in intercessoribus. Docet peccatores qui Deum offenderint aut homines humilibus verbis facillime rediri in gratiam, simplici agnitione, sine excusationibus, sine palliis, inclinatione capitis, delatione officiorum, & fidei in posterum seruitio. Filios vero Prodigos speciatim ut tandē emendatione tantum parentibus gaudiū, quantū peccata dolorem adferant. Et si Deo placeret illos illustrare, optime docet subditos, qui Principis naturale iugum excusserunt, saltum quem saltare deberent, si qua ipsis bona esset voluntas (ut spero futurum cum tempore deferuescente cholera) redeundi ad sinum Ecclesiæ, & ad antiqui Principis amplexus. Primum passum demonstravit, quando dixit; *Surgam, deseram* novum tyrannum, heum crudelem, qui ex me vivit, & vitam meam non curat: qui saginatur mea fame, qui meis inædificat ruinis. *Deseram* ipsum, & locum, & arma eius, & quicquid primo Principi me fecit iniuriosum. Secundus est, accedere & tradere se Principi offenso, si non simpliciter, & ea qua hic fiducia, quis enim audeat? pro securitate saltem, per legatos, per mediatores, per interpositionem confœderatorum vtrisque iam olim, qui meliores seniore Prodigis fratre, nihil æque ac reditum desiderant, cum favorabilibus conditionibus, & vadimoniis. Tertius est, non negare peccatum in cœlum, rebellionem, religionis extermi-

in Principem conpirationibus, sicut reuera negari non potest lapsum illum esse grauem. Quartus agnoscere se indignum nomine filij, fidelis ualalli, nisi ex gratia Principis sicut hic ex gratia patris. Quintus, iubmittere se non dico simpliciter ad arbitrium Principis, sed ad correctionem aliquam pœnamque, quam aut ipsi elegerint, aut boni sequestri ac arbitri statuere int' fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Atque hoc ideo quia uicti non sunt, nec redacti ad Prodigii nostri angustias, ut ipsis dici possit:

Noscere hoc primum decet

Senec. in Troade.

Quid facere victor debeat, victus pati.

Sed tenent adhuc arma manibus, ut care, & non sine sanguine constet victoria; & negari non potest etiam alteram partem aliquid deliquisse.

Iliacos intra muros peccatur & extra.

Horat.

Nemini non iucundum erit si dicant, *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c.* Ut Christianismus tam diuturnis ciuilibus implicatus bellis se recolligat, ne Turca interea partes indefensas abripiat, & per nostras scandat ruinas. Videant sanguinem tot fratrum, tot conterraneorum male profusum, male exhaustum, qui alioquin non parum Christi terminos promouere possent.

Heu! quantum terra potuit, pelagiq; parari.

Lucan. 1.

Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextra? (& paulo post.)

Pharf.

Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes,

Et, gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.

Ne se vicinis nimis reddant odiosos, tanquam qui armorum crepitu & strepitu, perpetuo somnum & quietem ipsorum turbent, aut gentes contentiosæ & languinarix, quæ sine Marte esse nequeant, habeantur.

Odimus accipitrem, quia uiuit semper in armis,

Ouid.

Nulla enim salus bello etiam optime administrato.

Virg. Æn.

Lucanus.

Nulla fides, pietasq; uiris, qui castra sequuntur.

Lucan. lib. I.
Pharf.

Religio tam ipsorum quam nostra, bellis in dies minuitur. In summa, ne videantur bella somnare, & nihil meditari quam tympana, lituos, organis & musica gratiores; ne videantur magis delectari hinnitibus, fremituque hominum & equorum, quam vllotheatrali spectaculo exhibito per Roscium; ne furvus atrati pulveris ipsis sit odorator, quam aromata Arabia. *Nondum ipsis defuit hostis omnibus communis.* Turcam dico, toti infestum Christianitati, Catholicis, aliis, vera ratio ad omnibus mouendū bellum rationibus, populis, Regibus, vt sic nimia concupiscentia regnum augeat, omnium spoliis, vt aliquando de Romanis dixit Mithridates, & Arsaces Rex Persarum.

Ex Epistola Mithridatis ad Regem Arsacem inter op. Sallustij.] *Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis, vna & ea vetus causa bellandi est, cupido profanda Imperij & diuitiarum.*

Ibid.] *Romani arma in omnes habent, acerrima in eos, quibus victis spolia maxima sunt. Audendo & saliendo, & bella ex bellis serendo, magni facti, per hunc morum extinguunt omnia, aut occidunt.*

Qui opulentior, is Turcarum iniuria est proximus.

Habent ibi in quos arma acuunt, vbi bellicis exercitiis tempus terant, vbi gladiatorum ictus magistralis ostentent, hic tam multis instituti armis. Si de opibus certatur, apud Turcam regna quæri possunt. 72. coronas habet Regias, tres Imperiales, Constantinopolitanam, Trepezuntinæ, & Turcicam: ibi quisque Dux Imperator, miles Rex fieri posset. Si de religione certamen est, aut vt defendatur nostra, aut vt extinguatur aliena; in Turcam arma transferenda sunt; ille enim & ipsorum, quam Christianam dicunt, euertere nititur, & Catholicam: ante omnia Mahumetana extinguenda est. Si ad tutandam libertatem? prima in Turcam arma esse debent, omnis nobilitatis & libertatis hostem iuratum. Spero hæc omnia videre breui, nimium enim ipsis animi est, quam vt non audeant attingere nationem, quæ nostris so-

in crefcit discordiis : nimium zelant religionem
 nam, quam vt eam Mahumetanis prædæ & oppref-
 ſionis periculo exponant : nimium hætenus osten-
 derunt zelum, ne deuenirent in feruitum : nimium
 habuerunt fortunæ, tot victoriis : nimia ipsis media
 funt adalendum bellum. Collegerunt enim ſtantibus
 bellis hæc extremis magnam argenti vim, quia ſtan-
 tibus turbis regiones ipſorum manſerunt intactæ,
 bellis alieno fando incumbentibus, d tati ſpoliis. Ni-
 mis actiui ſunt quam vt per inducias porrectis defi-
 ceant manibus, dum interim Turca inſidiatur om-
 nibus; & ipſi ſumma cura militem exercent, non ne-
 gligent ipſum transmittere ad ſcholas nouas, vbi &
 artem ſuan oſtentent, & noua prælia, nouaque ſtra-
 tagemata perdiſcant. Faxit Deus vt breui videam.

*Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitatio- Isai. 55.
 nes ſuas, & reuertatur ad Dominum ſuum, & miſe-
 rebitur eius, & ad Deum noſtrum, quo-
 niam multus eſt ad igno-
 ſcendum.*